Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

22. Iohan. Baptist. ab Herode in vincula, p[ro]ptereà conijcitur, quòd turpe[m] illius inc[a]estu[m] liberè reprehe[n]deret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes.

S. Iohannes.

ante illũ. Qui habet ſpõſam, ſponſus eſt: amicus aũt ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocẽ ſpõſi. Hoc ergo gaudiũ meum impletũ eſt. Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus verax eſt. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. nõ enim ad menſurã dat Deus ſpiritũ. Pater diligit Filiũ, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filiũ, habet vitã æternam: qui aũt incredulus eſt Filio, nõ videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. *23.

*CAP. 22. Iohannes Baptiſta ab Herode in vincula propterea conijcitur, quòd turpem illius incaſtũ liberè reprehenderet. Matth. 14. *56. Mar. 6. *56. Luc. 3. *13.*

S. Matthæus.

HErodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eũ, & poſuit in carcerem propter Herodiadẽ vxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Iohãnes, Nõ licet tibi habere eam. Et volẽs illum occidere, timuit populũ: quia ſicut Prophetam eum habebant. *56.

IPſe enim Herodes miſit ac tenuit Iohannẽ, & vinxit eũ in carcerẽ propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eã. Dicebat enim Iohãnes Herodi, Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias aũt inſidiabatur illi, & volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannẽ, ſciẽs eũ virũ iuſtũ & ſanctũ: & cuſtodiebat eũ, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. *56.

HErodes aũt Tetrarcha cũ corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de oĩbus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſup oĩa & incluſit Iohannẽ in carcerem. *14.

S. Iohannes.